CATECHESIS RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

827. a 8

Quæ in Ecclesiis & Scholis Palatinatus, sub FREDERICO III Electore tradebatur.

MARCI, Cap. VIII.

Qui erubuerit me & sermones meos, in generatione hac adultera & peccatrice: hunc erubescet etiam filius hominis, cum venerit in gloria Patris sui, cum sanctis Angelis.

K Heidelberg. Catechism.

EDINBURGI,
Excudebat, GIDEON LITHGO;
Anno Dom. 1657.

41
II 6
644.

CATECHESIS.

RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

Quæ est unica tua consolatio in vita & in morte?

Quod animo pariter & corpore *a*, sive vivam, sive moriar *b*, non meus sed fidissimi domini & servatoris Iesu Christi, sum proprius *c*, qui pretioso sanguine suo, pro omnibus peccatis meis plenissimè satisfaciens *d*, me ab omni potestate Diaboli liberavit *e*, & ita acquisita conservat *f*, ut sine voluntate Patris mei cœlestis ne pilus quidē de meo capite possit cadere *g*, imo verò etiam omnia saluti meæ servire oporteat *h*, Quocirca me quoq; suo Spiritu de vitæ æternæ certum facit *i*, atq; ita sui deinceps vivam, promptum ac parātum reddit *k*.

2. Quæ sunt tibi festu necessaria, ut istâ consolatione fruens, beatè vivas & moriaris?

Tria *l*, primum, quanta sit peccati mei & miseriæ meæ magnitudo *m*, secundum, quo pacto ab omni peccato & miseria liberer *n*, Tertium, quam gratiam Deo pro ea liberatione, debeam *o*.

PRIMA PARS.

DE HOMINIS MISERIA.

3. Unde tuam miseriam cognosci?

Ex lege Dei *a*.

4. Quid à nobis postulat Lex Dei?

Id docet nos Christus summatim, *Matt 22.* "Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota cogitatione tua, & *b*, ex omnibus viribus tuis, istud est primum & maximū mandatū. Secundum autem simile est huic: Diliges proximū tuum si-

a 1 Cor. 6. 19.
b Rom. 14
c 1 Cor. 3 23
d 1 Pet. 1, 19 1 Joh. 1, 7 & 2, 2
e 1 Joh. 3. 8 Heb. 2 14
f John 6 39
g Mat. 10 30 Luk. 21 18
h Rom. 8 28
i 2 Cor. 1 22 5. 5 Eph. 1, 13 Rom. 8 16
k Rom. 8 4 16
l Luk. 24. 47 1 Cor. 6. 11 Tit: 3. 4, 5, 6, 7, 8
m John 9 11 Rom: 3
n Joh: 17 3 Eph: 5, 10 1 Pet: 2, 9
a Rom: 3
b Luk: 19. 17

b Luc. 10 27
c Rom. 8. 10. 23
d 1 Joh. 2. 10
d Rom. 8. 7.

III.

e Gen. 1. 31.
f Gen. 1. 26
g 2 Cor. 3 18. Col. 3. 10
Eph. 6. 24
h Gen. 3 Rom. 5. 12. 18, 19
i Psal. 51. 7 Gen. 5 3

IV.

a Joh. 3. 6 Gen. 5. 6 Job. 14. 4 & 15. 14 36. & 35 Isa. 53. 6
b Joh. 3. 5
c Eph. 4. 24
d Gen. 31. 7 & 30. &c. Rom. 5. 21
e Rom. 5. 12 Heb. 9. 27
f Deut. 27 26 Gal. 3. 10
g Ex. 34. 6
h Ex. 20. 5 Psal. 5. 5
1 Cor. 6. 14

cut tejpſum. Ab illis duobus mandatis, tota Lex & Prophetæ pendent.

5. *Num hæc omnia perfectè ſervare potest?*

Minimè *c*, Natura enim propenſus ſum ad odium Dei & proximi *d*.

6. *Num ergo Deus hominem ita pravum & perverſum condidit?*

Nequaquam *e*: Imo vero bonum & ad imaginem ſui condidit eum *f*, hoc eſt, verâ juſtitiâ, & ſanctitate præditum, ut Deum creatorem ſuum rectè cognoſceret, ex animo diligeret, cum eo beatus in æternum viveret, idque ad eam laudandum & celebrandum *g*.

7. *Unde igitur exiſtit hæc natura humana pravitas?*

Ex lapſu & inobedientia primorum parentum Adam & Evæ *h*. Hinc natura noſtra ita eſt depravata *i*, ut omnes in peccatis concipiamur & naſcamur.

8. *An vero adeo corrupti ſumus, ut ad bene agendum prorſus non ſimus idonei, & ad omne vitium proclives?*

Certè *a*, Niſi per Spiritum ſanctum regeneremur *b*.

9. *An igitur Deus homini injuriam facit, qui ab eo in lege ſua flagitat, quæ præſtare non queat?*

Minimè *c*, Nam Deus hominem talem condiderat, ea præſtare poſſet, verum homo, impulſore Diabolo ſuâ ipſius contumaciâ, ſe & omnem poſteritatem divinis illis donis orbavit.

10. *Num Deus hanc contumaciam & defectionem hominis dimittit impunitam?*

Imò verò horrendis modis iraſcitur *e*, cum ob innumera nobis peccata, tum ob ea quæ ipſimet committimus, eaq; juſtiſſimo judicio temporalibus & æternis ſupplitiis punit, quemadmodum ipſe pronunciat: Maledictus omnis qui non permanet in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut ea faciat *f*.

11. *Annon igitur Deus eſt etiam miſericors?*

Eſt ille quidem miſericors *g*, ſed ita, ut etiam ſit juſtus *h*. Quapropter poſtulat eius juſtitia, ut quod adverſus ſummam Dei Maieſtatem commiſſum eſt, id quoque ſummis, hoc eſt, ſempiternis cum animi, tum corporis ſuppliciis luatur.

SECUND

12. *Quoniam igitur iusto Dei iudicio temporali & æterno pœnæ obnoxii sumus: esse reliqua ulla via aut via, qua hu pœnâ liberemur, & Deo reconciliemur?*

Vult Deus suæ Iustitiæ satisfieri *a*, quocirca necesse est, vel per nos, vel per alium satisfaciamus *b*.

13. *Possumus ne ipsi per nos satisfacere?*

Nulla ex parte: quin etiam debitum in singulos dies agemus *c*.

14. *Potestne ulla creaturarum in cœlo vel in terra, sola tantum creatura sit, pro nobis satisfacere?*

Nulla: nam principio non vult Deus, quod homo peccavit, id in alia creatura plectere *d*. Deinde nec potest quidem, quod mera tantum creatura sit, iram Dei adversus peccatum sustinere, & alios ab ea liberare *e*.

15. *Qualis ergo quærendus est mediator & liberator?*

Qui verus quidem homo sit ac perfectè justus, & tamen omnibus creaturis potentior, hoc est, qui simul etiam sit verus Deus *f*.

16. *Cur necesse est eum verum hominem, & quidem perfectè justum esse?*

Quia justitia Dei postulat, ut eadem natura humana, quæ peccavit, ipsa pro peccato dependat *a*, qui vero ipse peccator esset, pro aliis dependere non posset *b*.

17. *Quare oportet eum simul etiam verè Deum esse?*

Ut potentia suæ divinitatis, onus iræ divinæ, carne sua sustinere, nobisque amissam justitiam, & vitam reparare ac restituere possit *d*.

18. *Quis autem est ille Mediator, qui simul est verè Deus, & verus ac perfectè justus homo?*

Dominus noster Jesus Christus *e*, qui factus est nobis Sapientia à Deo, Justitia, Sanctificatio, & Redemptio *f*.

19. *Unde id scis?*

Ex Evangelio: quod Deus primum in paradiso *g*, patefecit, ac deinceps per Patriarchas & Prophetas propagavit *h*, Sacrificiis reliquisque ceremoniis legis adumbravit Act. 3. 22, 23. 14, 30. 43. VII. *b* Joh. 5. 45. Heb. 10 7.

a Ex. 23. 7. Gen. 2. 17
b Rom. 8. 3.
c Job 9. 13 & 15. 15
Mat. 6. 12
d Heb. 4.
e Ps. 130. 3
f 1 Cor. 15 21.
Jer. 23. 6
Josh. 53. 11
2 Cor. 5. 14
Heb. 7. 26
Josh. 7. 17
Rom. 8. 3
Jer. 33. 16
a Rom. 5 12. 15
b 1 Pet. 3 18
c Jes. 53. 8
Act. 2. 24
1 Pet. 3. 18
d 1 Joh. 4. 2.
Act. 20 28
Joh. 3. 16
e Mat. 1. 23
1 Tim. 3. 16
Luc. 2. 11
f 1 Cor. 1 30
g Gen. 22 18. 19. 12. 18
Rom. 1. 2
Heb. 1. 2

[illegible] Rom. 10. 4 9. 10. Extremum vero per filium suum unigenitum com-
Gal. 4. 4 plevit *k*.

k John 1 20 *Num igitur omnibus hominibus, qui in Adam*
28. 3. 30 *perierant, per Christum salus redditur?*

l Esa. 53. 11 Non omnibus, verum iis tantum qui verâ fide ip-
a Rom. 4 inseruntur, eiusque beneficia amplectuntur *l*.
18. 10. 10 21 *Quid est fides?*

Jac. 1. 6 Est non tantum notitia qua firmiter assentior omni-
Gal. 5. 12 bus, quæ Deus nobis in verbo suo patefecit *a*, sed etiam
b Rom. 5 certa fiducia *b*, à Spiritu sancto *c*, per Evangelium *d*, in
16 corde meo accensa, qua in Deo acquiesco, certo statu-
Jac. 1. 6 ens, non solum aliis sed mihi quoque remissionem pec-
Rom. 5. 1 catorum, æternam justitiam, & vitam donatam esse *e*
e Mat. 16. 17 idque gratis, ex Dei misericordia, propter unius Christi
Joan. 3. 5 meritum *f*.
Gal. 5. 22 22 *Quænam sunt illa, quæ necesse est hominem Chri-*
Phil. 1. 19 *stianum credere?*
d Rom 1. 16 Omnia quæ nobis in Evangelio promittuntur *g* quo-
& 10. 17 rum summa in Symbolo Apostolico, seu in capitibus
e Heb. 10 catholicæ & indubitatæ omnium Christianorum fidei
38 breviter comprehenditur.
Hab. 2. 4 23 *Quid est illud Symbolum?*
Matth. 9. 2 "Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creato-
Ephes. 2 6 "rem Cœli & Terræ. Et in Iesum Christum, Filium eius
8, 9 "unigenitum, Dominum nostrum: qui conceptus est
Rom. 5 1 "de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine: passus sub
f Rom. 3 "Pontio Pilato: crucifixus, mortuus, & sepultus: descen-
24 "cendit ad inferna: tertio die resurrexit à mortuis: as-
Gal. 2. 26 "cendit ad cœlos, sedet ad dextram Dei Patris Omni-
g John 20 "potentis, inde venturus est judicatum vivos & mor-
31 "tuos.
Mat. 28 20 "Credo in Spiritum sanctum. Credo sanctam Eccle-
"siam Catholicam, Sanctorum communionem, Remis-
"sionem peccatorum, Carnis resurrectionem, & vitam
"æternam.

24 *In quot partes distribuitur hoc Symbolum?*

In tres partes: Prima est, de æterno Patre, & nostri
a Deut. 6 4 creatione. Altera est de Filio, & nostri redemptione:
Eph. 4, 5, 6 Tertia est de Spiritu sancto, & nostri sanctificatione *a*.

25 *Cum*

sos nominat, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum? Luc. 4.18

Quia Deus ita se in suo verbo patefecit *b*, quod tres Pſa. 33. 6
næ diſtinctæ perſonæ ſunt unus ille verus & æternus Mat. 3. 16
Deus. 17 & 28, 29

DE PATRE.

26 *Quid credis cum dicis, Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ?* 1 Joh. 5. 7 IX

Credo æternum Patrem, Domini noſtri Ieſu Chriſti, *c* Gen. 1. 2
qui Cœlum & Terram, cum omnibus qui in iis ſunt, ex Pſal. 33. 6
nihilo creavit *c*, quique eadem æterno ſuo conſilio, & *d* Pſal. 104.
providentiâ ſuſtentat ac gubernat *d*, propter Chriſtum, 2. 11. 5. 3
Deum meum, & patrem meum eſſe, *e*, itaque ſic ei Mat. 10 29
confido, ſic in eo acquieſco, ut non dubitem, quin pro- Heb. 1. 3
viſurus ſit omnibus, tum animo, tum corpori meo ne- Rom. 10. 17
ceſſariis *a*. Quin etiam, quæ mihi mala in hac ærum- *e* Joh. 1. 29
noſa vita immittit, ea in meam ſalutem ſit converſurus *a* Pſ. 55. 23
b, cum & facere id poſſit: ut omnipotens Deus *c*, & fa- Mat. 6. 25
cere id velit, ut benignus pater *d*. 29

27 *Quid eſt providentia Dei?* *b* Rom. 8. 8

Omnipotens & ubique præſens Dei vis *e*, qua cœlum *c* Ro. 8. 28
ac terram cum omnibus creaturis, tanquam manu ſu- *d* Mat. 6. 32
ſtinet ac gubernat *f*, ut quæ terra naſcuntur, pluvia item 7, 9, 10, 11
& ſiccitas, fertilitas & ſterilitas, cibus & potus *g*, bona *e* Act. 17. 25
& adverſa valetudo *h*, divitiæ & paupertas *i*, omnia *f* Heb. 1. 3
denique non temere aut fortuito, ſed paterno eius con- *g* Jer. 5. 24
ſilio & voluntate contingant. *h* Act. 14. 17

28 *Quid nobis prodeſt hac cognitio creationis & providentiæ divinæ.* *i* Joh. 9, 3
k Pro. 22. 2

Ut in adverſis patientes *k*, in ſecundis gratiſſimi *l*, in *l* Rom. 5. 3
futurum vero optimam in Deo fidiſſimo patre ſpem re- Jac. 1. 3
poſitam habeamus *m*, certo ſcientes, nihil eſſe, quod nos *m* Deut. 8
ab eius amore abſtrahat *n*, quandoquidem omnes crea- 10
turæ ita ſunt in eius poteſtate, ut ſine eius arbitrio, non *n* Rom. 8
modo nihil agere ſed ne moveri quidem poſſunt *o*. 4, 5, 6

DE FILIO.

o Ro. 8. 38

29 *Quare Filius Dei appellatur Ieſus hoc eſt, Salvator?* *a* Mat. 1. 21
Heb. 7 25

Quia nos ſalvat ab omnibus peccatis noſtris *a*, Nec
ulla ſalus aliunde peti debet, nec alibi reperiri poteſt *b*. *b* Act. 4 12

1 Cor. 11 23, 14 Heb. 1, 20 Iesa. 9. 6 Col. 1. 19 Joh. 1. 10 Psa. 45, 8 Heb. 1. 9 Deu. 18. 5 Act. 3, 22 Joh. 1. 18 Act. 11. 15 Psal. 110 Heb. 7. 21 Act. 10. 12 Ro. 8. 34 Psal. 2. 6 Luc. 1. 2, Mat. 28. 18

Non: Etsi enim verbo quidem, eo Seruatore gloriantur, re ipsa tamen abnegant unicum Seruatorē Iesum *c*, Necesse est enim, aut Iesum non esse perfectū Seruatorem, aut qui eum Seruatorem vera fide amplectuntur, eos omnia in ipso possidere, quæ ad salutem requiruntur *d*.

XI.

31 *Quare appellatur Christus, hoc est, Unctus?*

Act. 3, 22 Act. 11 16 1 Cor. 6. 15 1 Joh. 2 8 Mat. 8 38 Rom 12. 1 Apoc. 5, 8 1 Pet. 2. 9 1 Tim. 2. 11 1 Tim. 1 18, 29 Joh. 1. 13 8 Rom. 8 16 Eph. 1. 6 Rom. 1. 4.

Quod a patre ordinatus, & Spiritu sancto unctus sit *e*, summus propheta ac Doctor *f*, qui nobis arcanum consilium, & omnem voluntatē patris de redemptione nostri patefecit *g*, & summus pontifex *h*, qui nos unico sacrificio sui corporis redemit, ac assiduè pro nobis apud patrem intercedit *i*, & Rex qui nos suo verbo & Spiritu gubernat, & partam nobis salutem tuetur ac conservat *k*.

32 *Cur vero tu Christianus appellaris?*

Quod per fidem membrum sum Iesu Christi *a*, & unctionis ejus particeps *b*, ut & nomen ejus confitear, meque sistam ipsi vivam gratitudinis hostiam *d*, & in hac vita, contra peccatum & Sathanum libera & bona conscientia pugnem, postea æternum cum Christo regnum in omnes creaturas teneam *e*.

33 *Quam ob causam Christus vocatur Filius Dei unigenitus cum nos quoque simus filii Dei?*

Quia solus Christus est coæternus, & naturalis æterni patris filius *f*. Nos autem propter eum, ex gratia, à patre adoptati sumus *g*.

34 *Qua de causa appellas eum Dominum nostrum?*

Quia corpus & animam nostram à peccatis, non auro, nec argento, sed pretioso sanguine redemit, & ab omni potestate Diaboli liberavit, atque ita nos sibi proprios vindicavit *h*.

35 *Quid credis, cum dicis? Conceptus est per Spiritum sanctum, natus ex Maria virgine?*

Quod ipse filius Dei, qui est *i*, & permanet verus ac æternus Deus *k*, naturam vere humanā ex carne & sanguine Virginis Mariæ *l*, operatione Spiritus sancti assum-

a 1 Pet. 1. 18. 2. 9. 1 Cor. 6. 20. & 7 23. *i* Joh. 1, 1. 17. 3. 5. *k* Rom. 9. 5. *l* Joh. 1 14. Gal. 4. 4.

sit

ut simul sit verum semen Davidis *a*, fratribus suis per omnia similis *b*, excepto peccato *c*. Mat. 1 20

36 *Quem fructum percipis ex sanctâ Conceptione & Nativitate Christi?* Luc. 1. 35 & Psa. 13. 2

Quod is noster sit Mediator *d*, & sua innocentia, ac perfecta sanctitate, mea peccata, in quibus conceptus sum, tegat, ne in conspectum Dei veniant *e*. Rom. 1. 3 *b* Phil. 2. 7 *c* Heb. 4. 15 & 7. 27

37 *Quid credis cum dicis, Passus est?* *d* Heb. 6 26, 27

Eum toto quidem vitæ suæ tempore, quo in terris egit, præcipue vero in eius extremo, iram Dei adversus peccatum universi generis humani, corpore & animâ sustinuisse *f*, ut suâ passione, tanquam unico sacrificio propitiatorio *g*, corpus & animam nostram ab æterna damnatione liberaret, & nobis gratiam Dei, justitiam & vitam æternam acquireret. *e* Psa. 32. 2 1 Cor. 1. 30 XV. *f* 1 Pet. 2 24, 3. 18

38 *Quid causa fuit cur sub judice Pilato pateretur?* Isa. 53. 10

Ut innocens coram judice politico damnatus *h*, nos à severo Dei iudicio, quod omnes manebat, eximeret. *g* 1 Joh. 2 2. 4. 10

39 *Esne vero quiddam amplius, quod affixus sit cruci, quam si alio genere mortis affectus esset?* Rom 3. 25 *b* Luc. 23, 14

Sane amplius: ex hac enim re sum certus, eum maledictionem, quæ mihi incumbebat, in se recepisse: nam mors crucis à Deo erat maledicta *a*. Joh. 19. 4 *a* Deut. 21 23

40 *Cur necesse fuit, ut Christus ad mortem usque se demitteret?* *b* Gen. 2

Propterea quod justitiæ & veritati Dei *b*, nullo alio pacto pro nostris peccatis potuit satisfieri, quam ipsa morte Filii Dei *c*. 17 *c* Heb. 2, 9 14, 15

41 *Quare etiam sepultus est?* Phil. 2. 8

Ut eo testatum faceret, se verè mortuum esse *d*. Mat. 27. 6

42 *At cum Christus pro nobis mortem oppetierit, cur nobis quoque est moriendum?* XVI. *d* Act. 13

Mors nostra non est pro peccatis nostris satisfactio, sed peccati abolitio, & transitus in vitam æternam *e*. 29 Matth. 27

43 *Quid præterea capimus commodi ex sacrificio & morte Christi?* 60 Luc. 23

Quod virtute eius mortis, vetus noster homo unà cum eo crucifigitur, interimitur ac sepelitur *f*, ne pravæ 52 Joh. 19 35

e Joh. 5 24. Phil. 1. 23. Rom. 8 14, *f* Rom. 6, 6, 7, 8, 11, 12.

cupi-

g, sed nos ipsos ei hostiam gratitudinis offeramus b.

44 *Cur additur Descendit ad inferna?*

Ut in summis doloribus & gravissimis tentationibus, me consolatione hac sustentem, quod Dominus meus IESUS CHRISTUS, ineuarrabilibus animi sui angustiis, cruciatibus & terroribus in quos cum antea, tum maximè in cruce pendens, fuerat demersus, me ab angustiis et cruciatibus inferni liberavit a.

45 *Quid nobis prodest resurrectio Christi?*

Primum, sua resurrectione mortem devicit, ut nos posset eius justitiæ, quam nobis suâ morte peperat, participes facere b, Deinde, nos jam quoque eius potentiâ ad novam vitam excitamur c. Postremo, resurrectio Capitis nostri Christi, nobis gloriosæ resurrectionis nostræ pignus est d.

46 *Quomodo intelligis illud, Ascendit ad cœlos?*

Quod aspicientibus discipulis, Christus de terra in cœlum sublatus est e, atque etiamnum nostra causa ibidem est f, & erit, donec redeat ad judicandum vivos & mortuos g.

47 *An ergo Christus non est nobiscum usq; ad finem mundi, quemadmodum promisit* h?

Christus est verus Deus & verus homo: itaque secundum naturam humanam, jam non est in terra i: At secundum divinitatem suam, maiestatem, gratiam & Spiritum nullo unquam tempore à nobis abest k.

48 *An vero isto pacto dua natura in Christo non divelluntur, si non sit natura humana ubicunque est divina?*

Minimè: Nam cum divinitas comprehendi non queat, & omni loco præsens sit l, necessario consequitur, esse eam quidem extra naturam humanam quam assumsit, sed nihilominus tamen esse in eadem, eique personaliter unitam permanere m.

49 *Quem fructum nobis adfert ascensio Christi in cœlum.*

Primum, quod in cœlo apud Patrem pro nobis in-

tercedet

---

g Rom. 12 1.
a Jes. 53 5 Matth. 27 46
XVII
b 1 Cor. 15 16. 20, 21 Rom. 4 25 1 Pet. 1. 3
c Rom. 6 4 Col. 3. 1. 3 Eph. 2. 5
d 1 Cor. 15 12 Rom. 8. 11
e Act. 1, 9 Matt. 24 38 Marc. 16 Luc. 24
f Heb. 4 24 & 9. 24
g Act. 1, 11 Mat. 24 30
h Matt. 28 30
i Matt. 28 20 John 16, 28. 17 11
k Act. 3, 21
l John 14 18. 16 13
m Act. 7. 49 & 7 28 Jer. 23, 24
b Col. 2. 9 John 3 13 & 11. 15. Matt. 28, 6.

tercedet *e*, Deinde quod carnem nostram in cœlo habemus, ut eo tantum certo pignore confirmemur, fore, ut ipse qui caput nostrum est, nos sua membra ad se extollat *d*. Tertio, quod nobis suum Spiritum, mutui pignoris loco mittat *e*, eius efficacia non terrena, sed superna quærimus, ubi ipse est ad dextram Dei sedens *f*.

50 *Cur additur, Sedet ad dextram Dei?*

Quia Christus ideo in Cœlum ascendit: ut se ibi caput suæ Ecclesiæ declaret *g*, per quod Pater omnia gubernat *h*.

51 *Quid nobis prodest hæc gloria nostri Capitis Christi?*

Primum, quod per Spiritum sanctum in nos sua membra, cœlestia dona effundit *i*. Deinde, quod nos suâ potentiâ contra omnes hostes protegit ac defendit *k*.

52 *Quid te consolatur reditus Christi ad judicandum vivos & mortuos?*

Quod in omnibus miseriis & persecutionibus, erecto capite eundum illum qui se prius pro me judicio Dei statuit, & maledictionem omnem à me abstulit, Judicem à Cœlo expecto *a*, qui omnes suos & meos hostes, in æternas pœnas abjiciat *b*, me vero cum omnibus electis, ad se in cœlestia gaudia & sempiternam gloriam traducat *e*.

DE SPIRITU SANCTO.

53. *Quid credis de Spiritu Sancto:*

Primum, quod sit verus & coæternus Deus cum æterno Patre & Filio *d*. Deinde quod mihi quoque datus sit *e*, ut me per veram fidem Christi, & omnium eius beneficiorum participem faciat *f*, me consoletur, ut & mecum in æternum maneat *g*.

54 *Quid credis de sancta & Catholica Ecclesia?*

Credo Filium Dei *h*, ab initio mundi, ad finem usq; *i*, sibi ex universo genere humano *k*, cœtum ad vitam æternam electum *l*, per Spiritum suum & verbum *m*, in vera fide consentientem *n*, colligere, tueri ac servare *o*, meque vivum eius cœtus membrum esse *p*, et perpetuo mansurum *q*.

k Gen. 26 4. *l* Rom. 8 29 30. *m* Es. 59. 21. *n* Act. 2. 42. 1 Joh. 10. 28. *p* Joh. 1. 19. *q* Rom. 18 16.

a 1 Joh. 2. 1
Rom. 8. 34
d Joh. 14
2 17
Eph. 2 6
e Joh. 14. 16
& 16 7
Act. 2. 33
2 Cor. 5 5
f Col. 3. 1
Phil. 3 14
g Ephes. 1
20, 21, 22,
23 & 5 23
h Matt. 28
18

XIX

i Eph. 4. 8
k Psal. 2. 5
1 John 1. 2
Joh. 10. 28
a Lu. 21. 28
Rom. 8. 23
b 2 Thes. 1
6, 7
c Mat. 25
34

XX

d Gen. 1. 1
1 Cor. 6. 19
e Ma. 28. 19
2 Cor. 1. 21
22
f Gal. 3, 14
1 Pet. 1, 2
g Act. 9. 31

XXI

h Joh. 14 16
1 Pet. 4. 14
o Mat. 16. 18

55 *Qui*

Joh. 1. 3 55. *Quid sibi vult Communio sanctorum?*
Rom. 8. 32 Primum, quod universi & singuli credentes, Christi,
1 Cor. 11 & omnium eius bonorum, tanquam ipsius membra
3, 23. 21 communionē habeant *a*. Deinde, quod singuli, quæ ac-
1 Cor. 15. 15 ceperunt dona in commune commodum, & universo-
Phil. 2. 4. 6 rum salutem promptè & alacriter conferre debeant *b*.
1 Joh. 2. 2 56 *Quid credis de Remissione peccatorum?*
2 Cor. 12 Deum propter satisfactionem Christi *c*, meorum pec-
catorum, atque illius etiam pravitatis cum qua mihi
Jer. 31. 24 per omnem vitam pugnandum est *d*, memoriam om-
Psa. 103. 3 nem deposuisse, & me iustitia Christi gratis donare, ne
10, 12 unquam in iudicium Dei veniam *e*.
Rom. 7. 24 57 *Quid de consolatur Resurrectio carnis?*
15 Quod non tantum anima mea, postquam è corpore
Rom. 8. 1 excesserit, è vestigio ad Christum suum caput assumetur
2, 3 *f*, verum quod quoque caro mea potentiâ Christi exci-
1 Joh. 2. 18 tata, rursus animæ meæ unietur, & glorioso corpori
XXII. Christi conformabitur *g*.
Luc. 16 58 *Quam consolationem capis ex articulo de Vita*
13 *æterna?*
1 Cor. 15 Quod quoniam in præsentia vitæ æternæ initia in
53, 54 meo corde præsentisco *h*, futurum sit, ut post hanc vitam
Job 19. 25 plena, perfectaque beatitudine potiar, in qua Deum in
26 æternum celebrem: quem quidem beatitudinem nec
1 Joh. 3. 2 oculus vidit, nec auris audivit, nec ullus homo cogita-
& 1 Cor. 5 tione comprehendit *i*.
2. 3 59 *At cum hæc omnia credis, quid utilitatis inde*
1 Cor. 1 *ad te redit?*
& 1 Cor. 1 Quod in Christo justus sum coram Deo, & hæres
XXIII vitæ *k*, æternæ.
& Heb. 1. 14 60 *Quomodo iustus es coram Deo?*
Rom. 2. 17 Sola fide in Jesum Christum *c*, adeo ut licet me mea
John 3. 36 conscientia accuset, quod adversus omnia mandata Dei
& Rom. 3 graviter peccaverim, nec unum eorum servaverim *d*, ad
21, 22. 24 hæc etiamnum ad omne malum propensus sim *e*, nihil
25. 28. 5. 12 ominus tamen (modo hæc beneficia vera animi fiducia
Gal. 2. 16 amplectar *f*) sine ullo meo merito *g*, ex mera Dei mise-
Eph. 2. 8 ricordia *h*, mihi perfecta satisfactio *i*, iustitia & sanctitas

a Rom. 3. 22. *f* Joh. 3. 18. *g* Tit. 3. 5. *h* Eph. 2. 8.
i 1 Joh. 2. 2.

Christi

Christi k, imputetur ac donetur l, perinde ac si nec ullum ipse peccatum admisissem, nec ulla mihi labes inhæreret, imo vero quasi eam obedientiam, quam pro me Christus præstitit, ipse perfectè præstitissem m.

61 *Cur sola fide te iustum esse affirmas?*

Non quod dignitate meæ fidei Deo placeam n, sed quod sola satisfactio, iustitia & sanctitas Christi, mea iustitia sit coram Deo o, Ego vero eam non alia ratione quam fide amplecti & mihi applicare queam p.

62 *Cur nostra bona opera non possunt esse iustitia, vel pars aliqua iustitiæ coram Deo?*

Propterea, quod oporteat eam iustitiam, quæ in judicio Dei consistat, perfectè absolutam esse, & omni ex parte divinæ legi congruentem q. Nostra vero etiam præstantissima quæq; opera, in hac vita sunt imperfecta atque adeo peccatis inquinata r.

63 *Quomodo bona opera nostra nihil promereantur, cum Deus in præsenti & in futura vita mercedem pro his se daturum promittat?*

Merces ea non datur ex merito, sed ex gratia s.

64 *An autem hac doctrina non reddit homines securos & profanos?*

Non. Neque enim fieri potest, quin ii qui Christo per fidem insiti sunt, fructus proferant gratitudinis t.

DE SACRAMENTIS.

65 *Quoniam igitur sola fides nos Christi atque omnium eius beneficiorum participes facit, unde hac fides proficiscitur?*

A Spiritu sancto u, qui eam per prædicationem Evangelii in nostris cordibus accendit, & per usum Sacramentorum confirmat a.

66 *Quid sunt Sacramenta?*

Sunt sacra & in oculos incurrentia signa ac sigilla, ob eam causam à Deo instituta, ut per ea nobis promissionem Evangelii magis declaret, & obsignet: quod scilicet non universis tantum, verum etiam singulis credentibus, propter unicum illud Christi sacrificium in cruce peractum, gratis donet remissionem peccatorum, & vitam æternam b.

67 *Num*

k 1 Joh. 2
l Rom. 4
m 2 Cor. 5. 21
n 2 Cor. 31
o 1 Cor. 30. 1. 2
p 1 Joh. 10

XXIV

q Gal. 3
Deut. 27 26
r Jes 64
s Luc. 17.
t Mat. 7
Joh. 15

XXV

Eph. 2. 8 23
Joan. 3.
Phil. 1. 9
a Mat. 2 19 20
1 Pet. 1. 2
b Gen. 17. Rom. 4. 1 Deut. 30 Lev. 6. 2 Heb. 9. 8, 9, 24 Ez. 20. 1 Sam. 36 Jes. 6. & 54. 9

67 *Num utraque spiritus & Verbum & Sacramenta eo spectant, ut fidem nostram ad sacrificium Christi in cruce peractum, tanquam ad unicum vestræ salutis fundamentum deducant?*

Rom. 6. 3 Gal. 3. 27 XXVI Mat. 28 19 Act. 2 38 Mar. 16 16 Mat. 13. 11 Rom. 6. 3 Mar. 1, 4 Luc. 3. 3 Heb. 12 14 1 Pet. 1 2 Ap. 22. 14 Zach. 13. 1 Ez. 36 25 Joh. 1 33 1 Joh. 5 Cor. 6. 11 X 12, 13 Rom. 6 4 Mat. 28 19 Mat. 16 16 Tit. 3, 5 Act. 22 16 XXVII Mat. 3 11 1 Pet. 3. 21 Eph. 5. 2 1 Joh. 1, 7 Cor. 6. 11

Ita est. Nam spiritus sanctus docet Evangelio, & confirmat Sacramentis, omnem nostram salutem positam esse in unico sacrificio Christi, pro nobis in cruce oblati *d*.

68 *Quot Sacramenta instituit Christus in novo fœdere?*

Duo: Baptismum, & sacram Cœnam.

DE BAPTISMO.

69 *Quâ ratione in Baptismo admonemur & confirmamur te unici illius sacrificii Christi participem esse?*

Quod Christus externum aquæ lavacrum mandavit *a*, additâ hac promissione *b*, me non minus certo, ipsius sanguine & Spiritu à sordibus animæ, hoc est, ab omnibus meis peccatis lavari, quam aquâ extrinsecus ablutus sum *c*, quâ sordes corporis expurgari solent.

70 *Quid est sanguine & Spiritu Christi ablui?*

Est accipere à Deo remissionem peccatorum gratis, propter sanguinem Christi, quem is pro nobis in suo sacrificio, in cruce profudit *d*. Deinde etiam per Spiritum sanctum renovari, & ipso sanctificante, membrum Christi fieri, quo magis ac magis peccatis moriamur, & sancte inculpateque vivamus *e*.

71 *Ubi promisit Christus, se nos tam certò sanguine & Spiritu suo abluturum, quam aquâ Baptismi ablutos sumus?*

In institutione Baptismi, cujus hæc sunt verba: Ite & docete omnes gentes, baptizantes eos, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti *f*. Qui crediderit & baptizatus fuerit, servabitur: Qui non crediderit, condemnabitur *g*. Hæc promissio repetitur, cum Scriptura Baptismum nominat lavacrum regenerationis *h*, & ablutionem peccatorum *i*.

72 *Estne ergo externum Baptismum aqua, ipsa peccatorum ablutio?*

Non est *a*, Nam solus sanguis Iesu Christi purgat nos ab omni peccato *b*.

73 *Cur*

73 Cur ergo Spiritus ſanctus Baptiſmum appellat ſacrum regenerationis, & ablutionem peccatorum?

Deus non ſine gravi cauſa ſic loquitur: videlicet, non ſolum ut nos doceat, quemadmodum ſordes corporis aquâ purgantur, ſic peccata noſtra ſanguine & Spiritu Chriſti expiari *c*. Verum multo magis, ut nobis hoc divino Symbolo ac pignore certum faciat, nos non minus vere à peccatis noſtris interna lotione ablui, quam externa & viſibili aqua abluti ſumus *d*.

74 Suntne etiam infantes baptizandi?

Omnino: Nam cum æque ac adulti ad fœdus & Eccleſiam Dei pertineant *e*, cumque eis per ſanguinem Chriſti, remiſſio peccatorum *f*, & Spiritus ſanctus Fidei effector, non minus quam adultis promittatur *g*, per Baptiſmum Eccleſiæ Dei inſerendi ſunt, & ab infidelium liberis diſcernendi *h*, Itidem, ut in veteri fœdere, per circumciſionem fiebat *i*, cui in Novo fœdere ſubſtitutus eſt Baptiſmus *k*.

DE COENA DOMINI.

75 Quâ ratione in Cœna Domini admonemur & confirmamur te unici illius ſacrificii Chriſti in cruce oblati, atque omnium eius bonorum participem eſſe?

Quod Chriſtus me, atque omnes fideles de hoc fracto pane edere, & de poculo diſtributo bibere juſſit, in ſui memoriam addita hâc promiſſione *a*. Primum, corpus ſuum non minus certo, pro me in cruce oblatum ac fractum, & ſanguinem ſuum pro me fuſum eſſe, quam oculis cerno, panem Domini mihi frangi, & poculum mihi communicari. Deinde animam meam non minus certo ipſius corpore, quod pro nobis crucifixum, & ſanguine qui pro nobis fuſus eſt, ad vitam æternam ab ipſo paſci, quam panem & vinum, Symbola corporis & ſanguinis Domini è manu miniſtri accepta, ore corporis percipio.

76 Quid eſt crucifixum corpus Chriſti edere, & fuſum eius ſanguinem bibere?

Eſt non tantum totam paſſionem & mortem Chriſti, certa animi fiducia amplecti, ac per id remiſſionem peccatorum, & vitam æternam adipiſci *b*, ſed etiam per Spiritum

c Apoc. 1. 5 & 7 14
1 Cor. 6. 11
d Ma 16. 16 Galat. 3 17
e Gen. 17 7
f Mat. 19. 14
g Luc. 1. 14 15
Pſal. 22 11
Eſ. 44. 1, 2, 3
h Act. 2 39
i Gen. 17 14
k Col. 2. 11 12, 13

XXVIII.

a Matt. 26 27, 28 Marc. 14 22, 23, 24 Luc. 22. 20 1 Cor. 10 16, 17 & 11. 23, 24, 25 & 12, 13

b Joh. 6 35 40. 47, 48 50, 51, 53 54,

Spiritum sanctum, qui simul in Christo, & in nobis habitat, ita sacrosancto eius corpori magis ac magis unire, ut quamvis ipse in cœlo *a*, nos vero in terra simus, nihilominus tamen caro simus de carne eius, & os de ossibus eius *a*: atque ut omnia corporis membra ab una anima, sic nos uno eodemque Spiritu vivificemur, & gubernemur *b*.

77 *Quo loco promisit Christus, se credentibus tam certo corpus & sanguinem suum sic edendum & bibendum daturum, quam fractum hunc panem edunt, & poculum hoc bibunt?*

In institutione Cœnæ, cuius hæc sunt verba *c*, Dominus noster Jesus Christus eâ nocte qua proditus est, accepit panem, & gratiis actis, fregit ac dixit: *Accipite, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur: hoc facite in mei recordationem.* Itidem & poculum, postquam cœnassent, dicens: Hoc poculum est novum fœdus per meum sanguinem *d*, hoc facite quotiescunque biberitis, in mei recordationem *e*, Quotiescunque enim ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciate donec venerit. *Hæc promissio à Paulo repetitur, cum inquit*: Poculum gratiarum actionis, quo gratias agimus, nonne communio est sanguinis Christi? Panis quem frangimus, nonne communio est corporis Christi? Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus *f*. Nam omnes unius panis participes sumus.

78 *Num ergo panis & vinum fiunt ipsum corpus & sanguis Christi?*

Nequaquam: Verum, ut aqua Baptismi in sanguinem Christi non convertitur, nec est ipsa peccatorum ablutio, sed Symbolum tantum, & pignus earum rerum, quæ nobis in Baptismo obsignantur, ita nec panis cœnæ Dominicæ, est ipsum corpus Christi *a*, Quanquam pro ratione Sacramentum, & usitata Spiritui sancto de his loquendi forma *b*: panis Christi corpus appellatur.

79 *Cur ergo Christus panem appellat suum corpus*

calicem

illorum vero solum sanguinem, qui nostras animas per suum sanguinem? Paulum item plures & Petrum communicasse corporis & sanguinis Christi?

Christus non sine gravi causa sic loquitur; videlicet, non solum ut nos doceat, quemadmodum panis & vinum corporis vitam sustentant; sic etiam crucifixum suum corpus, & effusum suum sanguinem, vere esse animæ nostræ cibum ac potum, quò ad vitam æternam nutriatur *c*, Verum multo magis, ut hoc visibili signo ac pignore nobis certum faciat, nos non minus verè corporis & sanguinis sui, per operationem Spiritus sancti, participes esse, quam sacra ista Symbola, in ejus memoriam, ore corporis percipimus *d*. Tum etiam, quod eius passio & obedientia, tam certo nostra sit, quam si ipsimet pro nostris peccatis pœnas dedissemus, & Deo satisfeciissemus.

c John 6. 55
d 1 Cor. 10 16

XXX

e Heb. 7. 26, & 9. 12, & 10 10, 12, 14 Joh. 19. 30 Matt. 26 28 Luc. 22. 19 20
c 1 Cor. 6 17, & 10 16 & 12, 13
d Heb. 1. 3 & 8. 1
e Joh. 4. 21 22, 23, & 20, 17 Luc. 24 325 Act. 7. 55 56 Colos. 3. 1 Phil. 3. 20 10.

80. Quid interest inter Cœnam Domini, & Missam Papisticam?

Cœna Domini nobis testatur nos perfectam remissionem omnium nostrorum peccatorum habere, propter unicum illud Christi sacrificium, quod ipsemet semel in cruce peregit *b*, Tum etiam nos per Spiritum sanctum inseri Christo *c*, qui jam secundum naturam suam humanam, tantum in cœlis est ad dexteram Patris *d*, ibique vult à nobis adorari *e*.

Fin. Can. Missæ & de consecrat. concil. Tridens. Sess. 13. 5

In Missa autem negatur, vivos & mortuos habere remissionem peccatorum propter unicam Christi passionem, nisi etiamnũ quotidie Christus pro ipsis à Sacrificulis offeratur: Tum etiam docetur, Christum corporaliter sub speciebus Panis & Vini esse, idemq; in illis adorandum esse *f*, Atque ita ipsum Missæ fundamentũ, nihil aliud est quam abnegatio unici illius sacrificii & passionis Jesu Christi, & execranda idololatria.

81. Quibus accedendum est ad mensam Domini?

Iis tantum, qui vere dolent, se suis peccatis Deum offendisse, confidunt autẽ sibi ea propter Christum remitti esse, & quas reliquas habent infirmitates ejus passione & morte illius obtectas esse, quique desiderant magis ac magis in fide & integritate vitæ proficere. Hypocritæ

pocritæ autem, & qui non vere resipiscunt, damnationem sibi edunt & bibunt *a*.

a 1 Cor. 10, 21

82 *Suntne illi etiam ad hanc cœnam admittendi, qui confessione & vita, se infideles & impios esse declarant?*

Nequaquã: nam eo pacto fœdus dei profanatur, & ira Dei in universum cœtum concitatur *b*. Quocirca Ecclesia ex præscripto Christi & apostolorum, hos, clavibus regno cœlorum utens, à cœna arcere debet, quoad resipuerint, & mores mutaverint.

b 1 Cor. 11, 20, 34 Es. 1. 11 & 66, 3 Jer. 7. 21 Psal. 50, 16

83 *Quid sunt claves regni cœlorum?*

Prædicatio Evangelii, & Ecclesiastica Disciplina quibus, cælum credentibus aperitur, infidelibus autem clauditur.

84 *Quo pacto aperitur & clauditur regnum cœlorum prædicatione Evangelii?*

Cum ex mandato Christi credentibus universis & singulis publicè annuntiatur, omnia peccata ipsis divinitus propter meritum Christi condonari, quoties promissionem Evangelii vera fide amplectuntur: Contra vero omnibus infidelibus & hypocritis denuntiatur, tantisper ipsis iram Dei & æternam condemnationem incumbere, dum in suis sceleribus perseverant *a*, secundum quod Evangelii testimonium DEUS tam in præsenti, quam in futura vita judicaturus est.

a Joan. 20, 21, 22. 23 Mat. 16. 19 b Rom. 18

85 *Quo pacto clauditur & aperitur regnum cœlorum per disciplinam Ecclesiasticam?*

Cum ex mandato Christi, ii qui nomine quidem sunt Christiani, verum doctrina aut vita se ostendunt à Christo alienos *b*: postquam aliquoties fraterne admoniti ab erroribus aut flagitiis discedere nolunt, Ecclesiæ indicantur, aut iis, qui ab Ecclesia ad eam rem sunt constituti: ac si ne horum quidem admonitioni pareant, ab iisdem interdictione Sacramentorum, Ex cœtu Ecclesiæ, & ab ipso Deo ex regno Christi excluduntur: ac rursum, si emendationem profiteantur, & re ipsa declarent, tanquam Christi & Ecclesiæ membra recipiuntur *c*.

2 Cor. 12, 21 1 Tim. 5, 17 2 Cor. 5, 4 c Mat. 18 15, 16, 17, 18 1 Cor. 5, 5 Thes. 3. 14 15. 2 Joh. 10. 1 2 Cor. 2, 6 7. 10, 11

TERTIA

DE GRATITUDINE.

86 *Cum ab omnibus peccatis & miseriis, sine ullo nostro merito, sola Dei misericordia, propter Christum liberati simus, quid est, cur bona opera faciamus?*

Quia postquam nos Christus suo sanguine redemit, renovat nos quoque suo Spiritu ad imaginem sui, ut tantis beneficiis affecti, in omni vita nos erga Deum gratos declaremus *a*; & ipse per nos celebretur *b*. Dein ut nos quoque, ex fructibus, de sua quisque fide, certi simus *c*. Postremò, ut vitæ nostræ integritate alios Christo lucrifaciamus *d*.

87 *Non possunt igitur illi servari, qui ingrati & in peccatis securè persistentes, à sua pravitate ad Deum non convertuntur?*

Nullo modo. Nam, ut Scriptura testatur, nec impudici, nec idololatræ, nec adulteri, nec fures, nec avari, nec ebriosi, nec convitiatores, nec raptores, hæreditatem regni dei consequentur *e*.

88 *Quibus partibus constat conversio hominis ad Deum.*

Mortificatione veteris *f*, & vivificatione novi hominis.

89 *Quid est mortificatio veteris hominis?*

Vere & ex animo dolere, quod peccatis tuis Deum offenderis, eaque magis ac magis odisse & fugere *g*.

90 *Quid est vivificatio novi hominis?*

Vera lætitia in Deo per Christum *a*, & serium ac promptum studium, instituendi vitam ex voluntate Dei, omniaque bona opera exercendi *b*.

91 *Quæ sunt bona opera?*

Tantum ea, quæ ex vera fide *c*, secundum legem Dei fiunt *d*, & ad eius solius gloriam referuntur *e*, non ea autem, quæ à nobis opinione recti conficta, aut ab hominibus tradita sunt *f*.

92 *Quæ est Lex Dei?*

Loquutus est Deus omnia verba hæc:

a Rom. 6, 13 & 12. 1, 2. 1 Pet. 2, 3, 9, 10. 1 Cor. 6, 10. b Mat. 5, 16. c 1 Pet. 2. 12. 3 Pet. 1. 10. Mat. 7. 17. Gal. 5, 6. 22. d 1 Pet. 3, 12. Rom. 14. 19. XXXIII. e 1 Cor. 6, 9. Eph. 5. 5, 6. 1 Joh. 3, 14. f Rom. 6, 4. Eph. 4. 22, 23, 24. Col. 3. 5, 6. 1 Cor. 5, 7. 2 Cor. 7, 11. g Rom. 8. 8, 13. a Rom. 5, 1 & 12, 17. Es. 57. 15. b Rom. 6, 10, 11. Gal. 2. 20. c Rom. 14. 17. d 1 Sam. 15. 22. 2. Eph. 2. 10, & 6. 17. e 1 Cor. 10. 31. f Deut. 12, 32. 18, 19. Es. 29. 13. Exod. 20. Deut. 5, 6. 2 Eze. 20.

Primum Præceptum.

"Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex "Ægypto, e domo servitutis: Non habebis deos alie- "nos in conspectu meo.

Secundum.

"Non sculpes tibi simulacrum, nec ullam imagi- "nem ullius eorum, quæ aut supra sunt in Cœlo, "quæ infra in Terra, aut in Aquis sub Terra: neque "incurves te illis, neque colas ea. Ego enim sum "Dominus DEUS tuus, fortis, zelotes, vindicans "peccata Patrum in Filios, idque in tertia & quarta "progenie eorum, qui oderunt me, & misericordia "ducens in millesimam eorum, qui diligunt me, & ob- "servant præcepta mea.

Tertium.

"Non usurpes Nomen Domini Dei tui temerè: "neque enim Dominus dimittet eum impunitum, qui "Nomen ejus vane usurpaverit.

Quartum.

"Memento ut diem Sabbathi sanctifices: Sex die- "bus operaberis, & facies omne opus tuum: At sep- "timo die Sabbathum erit Domino Deo tuo: Non "facies ullum opus, nec tu, nec filius tuus, nec filia "tua, nec servus tuus, nec ancilla tua, nec jumentum "tuum, nec advena qui est intra portas tuas. Nam "sex diebus fecit DEUS Cœlum, Terram, Mare, "& quæcunque in iis sunt, & requievit die septimo, "ideoque benedixit diei Sabbathi, & sanctifica- "vit eum.

Quintum.

"Honora Patrem tuum & Matrem tuam, ut diu "viras in terra, quam tibi Dominus DEUS tuus "daturus est.

Sextum.

"Non occides.

Septimum.

"Non committes adulterium.

Octavum.

"Non furaberis.

Nonum.

"Non dices contra proximum tuum falsum testimo-
"nium.

Decimum.

"Non concupisces domum proximi tui, nec concupi-
"sces uxorem proximi tui, nec servum eius, nec ancillam,
"nec bovem, nec asinum, nec quicquam eorum quæ
"sunt proximi tui.

93 *Quomodo dividuntur hæc præcepta?*

In duas tabulas *a*, quarum prior quatuor præceptis tradit, quo pacto nos erga Deum geramus: Posterior, sex præceptis, quæ officia proximo debeamus *b*.

94 *Quid postulat DEUS in primo præcepto?*

Ut, quam mihi chara est salus animæ meæ, tam studiose vitem & fugiam omnem idololatriam *c*, magiam, incantationem, superstitionem *d*, invocationem Sanctorum, aut cæterarũ creaturarum *e*, unicum autem & verum DEUM recte agnoscam *f*, ipsi soli fidam *g*, summâ humilitate *h*, & patientiâ me illi subjiciam *i*; ab eo solo omnia bona expectem *k*. denique intimo cordis affectu ipsum amem *l*, reverear *m*, venerer, adeo ut omnibus potius creaturis renunciem quam ut vel minimum contra eius voluntatem committam *n*.

95 *Quid est idololatria?*

Est loco unius DEI, aut præter unum illum & verum DEUM, qui se in suo verbo patefecit aliud quippiam fingere, aut habere, in quo spem reponas *a*.

96 *Quid postulat secundum præceptum?*

Ne Deum ullâ imagine aut figurâ exprimamus *b*, neve ulla alia ratione eum colamus, quam quâ se in suo verbo coli præcepit *c*.

97 *An nulla ergo prorsus fingenda sunt imagines aut simulacra?*

Deus nec ulla ratione effingi debet, nec potest. Creaturas autem, etsi exprimere quidem licet: vetat tamen Deus earum imagines fingi, aut haberi, quo vel ipsas, vel Deum per ipsas colamus aut honoremus *d*.

1 Sam. 15, 23. Deut. 12, 30. Mat. 15. 9. *d* Exo. 34. 17. 32. 23. Deut. 7. 5 & 12, 13.

XXXIV
a Exod. 3
28
Deut. 4, 1
& 10. 3
b Matt.
37, 38, 3
c 1 Cor. 6.
10, & 10
7. 14
d Lev. 19
31
e Mat. 4. 1
Apoc. 9. 1
& 22. 8,
f Joh. 17,
g Jer. 17.
h 1 Pet. 5.
i Heb. 10
36
k Psal. 10.
28, 29. 2
30
l Deut. 6
m Deu. 6.
n Mat. 5. 1
a Eph. 5.
1 Parat. 1
26
Phil. 3. 1
Galat. 4.
b Deut. 4
15
Es. 40. 1
Rom. 1, 2
c Act. 17. 2
Num. 33

98 An

98 *An autem in templis imagines tolerari non possunt, quæ pro libris sunt imperita multitudini?*

Minime. Neque enim decet nos sapientiores esse Deo, qui suam Ecclesiam non mutis simulacris *e*, sed viva prædicatione verbi sui vult erudiri *f*.

99 *Quid sancit Deus tertio præcepto?*

Ut non solum exsecrando aut peierando *g*, verum etiam temere jurando *h*, nomen DEI contumelioſt, aut irreverenter ne usurpemus, neve tacendo aut connivendo horrendis istis sceleribus communicemus: sed sacro sancto DEI Nomine non nisi summâ cum religione & veneratione utamur *a*, ut vera & constanti confessione *b*, invocatione *c*, omnibus denique verbis & actionibus nostris ipse *d*, celebretur.

100 *Estne igitur adeo grave peccatum, jurando aut dira imprecando, nomen Dei temerare, ut Deus etiam in succenseat, qui quantum in se est, illud non prohibent aut impediunt?*

Certè gravissimum *e*. Neque enim ullum est peccatum maius, aut quod Deum gravius offendat, quam sacri ipsius nominis contumelia. Quocirca etiam id scelus morte multari voluit *f*.

101 *Potestne quis etiam pie per Nomen DEI jurare?*

Potest, cum vel Magistratus id exigit, vel alioqui necessitas, hoc pacto fidem firmari, & veritatem stabiliri postulat: quo & gloria DEI illustretur, & aliorum saluti consulatur. Nam eius generis jusiurandum, verbo Dei sancitur *g*, ideoque etiam à sanctis in veteri & novo fœdere, recte est usurpatum *h*.

102 *Estne licitum jurare per Sanctos aut alias creaturas?*

Non. Nam legitimum juramentum, est invocatio DEI, qua petitur, ut is tanquam unicus cordium inspector, testimonium det veritati, & jurantem puniat, si sciens fallat *a*. Porro hic honos nulli creaturæ convenit *b*.

103 *Quid præcipit Deus in quarto præcepto?*

Primum,

Jer. 10. 8 XXXVI. *f* 1 Tim. 3 16, 17 2 Pet. 1, 19 *g* Lev. 24 15, 16 Lev. 19, 12 *h* Mat. 5, 37 *a* Es. 45, 23 *b* Mat. 10 32 *c* 1 Tim. 2, 8 *d* Col. 3, 17 *e* Deu. 5, 5 *f* Levit. 24 15, 16 XXXVII *g* Deut. 6, 13 & 10 20 Es. 48. 1 Heb. 6, 16 *h* Gen. 21 24, & 31, 53 Jos. 9, 15, 16 *i* Sam. 24 22 2 Reg. 1. 29 Rom. 1. 9 *a* 2 Cor. 1, 23 *b* Matth. 4 10. 35, 36 XXXVIII

Primum, ut ministerium Evangelii, & Scholæ conserventur *c*, utque ego cum aliis, tum præcipuè festis diebus, studiosè cœtus divinos frequentem *d*, verbum Dei diligenter audiam *e*, utar Sacramentis *f*, precibus publicis meas quoque preces adiungam *g*, pro facultatibus, aliquid conferam in pauperes *h*. Deinde, ut in omni vita à pravis actionibus cessem, Domino consecrer, ut per Spiritum sanctum, in me suum opus faciat, atque ita sempiternum illud Sabbathum in hac vita exordiar *i*.

c Tit. 1. 5
d Ps. 40. 10
e 1 Cor. 14. 29, 11. 33
f 1 Cor. 14. 16
g 1 Tim. 1. 11, 2, 3. 8. 9
h 1 Cor. 16. 3
i Es. 66. 23

104 *Quid nobis iniungit Deus in quinto præcepto?*

Ut parentibus, atque adeo omnibus qui nobis præsunt, debitum honorem, amorem & fidem præstemus, nosque ipsorum fidelibus præceptis & castigationibus ea, qua par est, obedientia subiiciamus *k*: Tum etiam ut eorum vitia & mores nostra patientia toleremus *l*, & illud semper cogitantes, Deum nos illorum manu velle ducere ac régere *m*.

XXXIX
k Eph. 6. 1, 2, 5
l Prov. 23. 22
m Gen. 9. 24

105 *Quid flagitat Deus in sexto præcepto?*

Ut proximum neque cogitatione, neque verbis, neque gestibus, nedum factis, vel per me, vel per alium contumelia afficiam, aut oderim, aut lædam, aut occidam *n*, sed omnem vindictæ cupiditatem abjiciam *o*, Adhæc ne meipsum lædam, aut sciens in aliquod periculum conjiciam *p*. Quocirca etiam ne cædes fierent, Magistratum gladio armavit *q*.

n Eph. 6. 1
o Matt. 5. 21, 22
p Eph. 4. 26

106 *Atque hoc præceptum solam eadem prohibere videtur?*

Rom. 12. 19

At cædem prohibendo, docet DEUS se radicem & originem cædis, iram scilicet *a*, invidiam *b*, odium *c*, & vindictæ cupiditatem odisse, atque ea omnia pro cæde ducere *d*.

a Rom. 13. 4
b Gen. 4. 5, 6
c Exod. 21. 14
d Jac. 1. 20

107 *An vero id satis est, nos neminem eo quo dictum est modo, occidere?*

Non est satis: dum enim Deus iram, invidiam, odium damnat: Postulat ut proximum æquè ac nos ipsos diligamus *b*, & ut humilitate *i*, lenitate, mansuetudine, patientia *k*, & misericordia *l*, erga eum utamur, quodq;

e Rom. 12. 10
f 1 Joh. 2. 9, 11. *g* 1 Joh. 3. 15. *b* Mat. 22, 39, & 7, 12. *i* Rom. 12, 10 *k* Eph. 4. Gal. 6. 12. Mat. 5, 7. Rom. 12, 18. *l* Mat. 5, 7.

Exo. 23 ... *m*. Sed satanam ita animo affecti simus, ut ne inimicis
Matth. 5 quidem benefacere dolitemus *n*.

Quæ est sententia septimi præcepti?

Levit. 18. 112 Deum omnem turpitudinem execrari *o*, ideoque nos
7. 28. eam penitus odisse & detestari debere *p*, contraque temperanter, modestè & castè *q*, sive in sacro coniugio,
Jud. 22. 1 Thes. 4. sive in vita cœlibe, vivere oportere.

Nihilne amplius prohibet Deus hoc præcepto, quam adulterium, & id genus turpitudinis?

Heb. 13. 4 1 Cor. 7. 7 113 Cum corpus & animus noster templa sint spiritus
Eph. 5. 3. sancti *a*, vult Deus, ut utrumque purè sanctèque possi-
1 Cor. 6 deramus. Ideoque fœda gestus, sermones, cogitationes,
18. 19. 20 cupiditates fœdas *b*, & quicquid hominem ad ista allicit, in universum prohibet.
Matt. 5. 27

Quid vetat Deus in octavo præcepto?

Eph. 5. 12 114 Non solum ea furta *d*, & rapinas *e*, quas Magistra-
1 Cor. 15. tus punit, sed furti nomine comprehendit, quicquid
3. 9. *f*, est malarum artium, & aucupiorum, quibus aliena
XLIII captamus, & ad nos vi, aut specie recti transferre *g*, stu-
1 Cor. 6. demus *c*, qualia sunt, iniquum pondus *h*, injusta ulna,
inæqualis mensura *i*, fucosa merx, fallax moneta, usura *k*, aut alia quæris ratio, aut modus rem faciendi, à Deo interdictus. His adde omnem avaritiam *l*,
Luc. 3. 14 & multiplicem divitiarum & bonorum profusionem &
1 Thes. 4. abusum *m*.

Quæ sunt ea, quæ Deus hic jubet?

Pro. 11. 4 115 Ut commoda & utilitates proximi, quantum possim
16. 11 adiuvem & augeam, cum eo sic agam, ut mecum agi
Ez. 45. 9 cupierem *n*, sedulo & fideliter bona faciam, ut aliorum
Deut. 25 quoque egestati subvenire queam *o*.

Quid exigit nonum præceptum?

Psal. 15. 4 116 Ne adversus quemquam dicam falsum testimonium
Luc. 6. 37 *p*, nullius verba calumnier *q*, nulli obtrectem, aut con-
2 Cor. 6 vitium faciam *r*, neminem temere, vel indicta causa
condemnem *s*. Verum omnis generis mendacia, fraudes, ut opera diaboli propria *t*, nisi in me gravissimam
Pro. 5. 16 Mat. 7. 12. *a* Eph. 4. 28. XLIII. *b* Pro. 19. 5. 21. 28. *c* Psal. 15. 3.
Rom. 1. 30. *d* Mat. 7. 1. *e* Luc. 6. 37. Joh. 8. 44.

iram

iram Dei concitare velim, omni curâ fugiam *e*. In judiciis cæterisque negotiis veritatem secter: & id quod res est, liberè & constanter profitear *d*, ad hæc famam aliorum & existimationem quantum queam defendam & augeam *e*.

113 *Quid prohibet 10 præceptum?*

Ne vel minima cupiditate, aut cogitatione, adversus ullum Dei præceptum corda nostra unquam solicitentur: sed ut perpetuo, et ex animo omne peccatum detestemur, contraque omni justitia delectemur *f*.

114 *Possuntne autem illi qui ad Deum conversi sunt hæc præcepta perfectè servare?*

Minime: Verum etiam sanctissimi quique, quamdiu vivunt, habent tantum exigua initia hujus obedientiæ *g*, Sic tamen, ut serio ac non simulato studio, non secundum aliqua tantum, sed secundum omnia Dei præcepta, vivere incipiant *h*.

115 *Cur igitur vult Deus legem suam adeo exactè & severè prædicari, cum nemo sit in hac vita qui eam servare possit?*

Primum, ut in omni vita magis magisque agnoscamus *i*, quanta sit naturæ nostræ ad peccandum propensio, tantoque avidius remissionem peccatorum, et justitiam in Christo expetamus *k*, Deinde ut hoc perpetuo agamus, illud semper meditemur, et gratiam Spiritus sancti à Patre imploremus, quo indies magis ac magis ad imaginem Dei renovemur, donec aliquando tandem, postquam ex hac vita decesserimus, propositam nobis perfectionem læte assequamur *a*.

DE PRECATIONE.

116 *Quare Christianis necessaria est precatio?* XLV.

Quia præcipua pars est eius, quam Deus à nobis postulat gratitudinis *b*. Tum quia illis tantum suam gratiam et Spiritum sanctum Deus largitur, qui veris gemitibus, continenter hæc ab eo petunt, et pro iis ipsi gratias agunt *c*.

117 *Quæ ad eam precationem requiruntur, quæ Deo placeat, quæque ab ipso exaudiatur?*

Ut

c Prov. 11. 22. & 13. 5. 1 Cor. 13. 6.
d Ephes. 4. 25. 27.
e 1 Pet. 4. 4.
f Rom. 7. 7.
g 1 Joh. 1. 8. 10. 7. 14. 13. Eccl. 7. 21.
h Rom. 7. 14, 15. Jac. 2. 10.
i Joh. 1. 9. Psal. 32. 5.
k Rom. 7. 25. 15.
a 1 Cor. 9. 24. 12, 13. 14.
b Psal. 50. 40. 15.
c Mat. 7. 7. Luc. 11. 19.

a John 4 21 b Rom. 8 26 1 Joh. 5. 14 f 2 Pet. 2 12 g Psal. 2. 11 & 34, 19 h Rom. 10 14 & 8. 15 i Joh. 14 13, 14, 15 & 16. 23 k Mat. 7, 8 Jac. 1. 17 Mat. 6. 33 l Mat. 6. 9 2, 3, 4 m Luc. 11

Ut à solo vero Deo, qui se in verbo suo patefecit *a*, omnia quæ à se peti jussit, vero cordis affectu petamus *b*, ex intimo nostræ indigentiæ ac miseriæ sensu *f*, nos in conspectu divinæ Majestatis, supplices abjiciamus *g*, huic firmo fundamento innitamur *h*, nos à Deo quanquam indignos, propter Christum tamen certo exaudiri *i*, quemadmodum nobis in suo verbo promisit *k*.

XLVI.

118 *Quæ sunt ea, quæ à se peti jubet?*

Omnia cum animæ tum corpori necessaria *l*, quæ Dominus noster Iesus Christus ea precatione, quam nos ipse docuit, complexus est.

119 *Quæ est illa precatio?*

Pater noster *b*, qui es in cœlis: Sanctificetur Nomen tuum. Veniat regnum tuum: Fiat voluntas tua; quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris: Et ne inducas nos in tentationem: sed libera nos à malo. Quia tuum est regnum & potentia, & gloria, in secula. Amen.

n Mat. 7, 9 10, 11 Luc. 11, 11, 12, 13 o Jer. 23 24 Act. 17. 24 25, 27 p Rom. 10 12 q Joh. 17. 3 Jer. 9 23 24 & 31 33, 34 Mar. 16. 17

120 *Cur præcipit Christus, ut ita Deum compellemus, Pater noster?*

Ut statim in ipso precationis exordio, convenientem Dei filiis reverentiam & fiduciam erga Deum in nobis excitet, quæ nostræ precationis fundamentum esse debet: nimirum, Deum propter Christum nobis patrem factum esse, & quæ vera fide ab eo petimus, nobis multo minus negare, quam parentes nostri, nobis bona terrena denegant *c*.

XLVII

121 *Cur additur.* Qui es in cœlis?

Ne de cœlesti majestate Dei humile quippiam aut terrenum cogitemus *d*, simul etiam, ut ab eius omnipotentia, quæcunque animo & corpore sunt necessaria expectemus *e*.

122 *Quæ est prima petitio?*

Sanctificetur Nomen tuum: hoc est, Da principio, ut te recte agnoscamus *q*, & lucentem in omnibus operibus

tibus tuis omnipotentiam, sapientiam, bonitatem, justitiam, misericordiam, & veritatem tuam veneremur, prædicemus & celebremus *b*. Deinde, ut universam vitam nostram, cogitationes, sermones, & actiones, eo semper dirigamus, ne sanctissimum Nomen tuum propter nos contumeliâ afficiatur, sed honore potius & laudibus illustretur *c*.

123 *Qua est secunda petitio?*

Veniat Regnum tuum: hoc est, Regas nos ita verbo & spiritu tuo, ut nos tibi magis magisque subjicimus *d*: Conserva & auge Ecclesiam tuam *e*, destrue opera diaboli, omnemque potentiam se adversus Majestatem tuam efferentem: irrita fac omnia consilia quæ contra verbum tuum capiuntur *f*, quoad plane tandem ac perfecte regnes *g*, cum eris omnia in omnibus *h*.

124 *Qua est tertia petitio?*

Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra: hoc est, Da ut nos & omnes homines, voluntati propriæ renunciantes *i*, tuæ voluntati quæ sola est sancta, prompte & sine ullo murmure pareamus *k*, atque ita singuli mandatum nobis munus fideliter & alacriter exequamur *l*, quemadmodum faciunt Angeli in cœlo *m*.

125 *Qua est quarta petitio?*

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: hoc est, suppedita nobis omnia quæ sunt ad hanc vitam necessaria *n*, ut per ea agnoscamus te unicum fontem esse, ex quo omnia bona emanant *o*, ac nisi, tu benedicas omnem nostram curam & industriam, atque adeo tua ipsius dona, nobis infelicia & noxia esse *p*. Quapropter da, ut fiduciam nostram ab omnibus creaturis aversam, in te solo collocemus *q*.

126 *Qua est quinta petitio?*

Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris: hoc est, nobis misereris peccatoribus omnia peccata nostra, atque eam etiam pravitatem, quæ in nobis etiamnum hæret, propter Christi sanguinem ne imputes *r*, quemadmodum nos quoque

b Psal. 119 137. 105 Luc. 1. 46
c Psa. 115. 1 & 71. 8
XLVIII
d Matt. 6 3
e Psal. 51, 20
f 1 Joh. 3. 8 Rom. 16, 20
g Apoc. 22 20
h 1 Cor. 15 28
XLIX.
i Matth. 16 24 Tit. 2. 12
k Luc. 22 24
l 1 Cor. 7 24
m Psa. 103 20, 21
n Psal. 145 15 Mat. 6. 26
o Acts 14, 17. 17, 27
p 1 Cor. 15
q Psa. 37. 16 & 55. 23
r Psa. 51. & 143. 2. 1 1 Joh. 2. 1

f Matth. 6, 14, 15 LII. a Joh. 15. 5 Psal. 103 14 b 1 Pet. 5, 8 Eph. 6. 12 1. c Joh. 15 19 d Gal. 5, 12 e Matt. 26 41 Mar. 13, 33 f 1 Thes. 3 13 & 5. 25 g Rom. 10, 11, 12 2 Pet. 2. 9 h Joh. 14 13 Psal. 125. 1 Jere. 33. 8, 9 i 2 Cor. 1. 20 2 Tit. 2, 12

quoque hoc tuæ gratiæ testimonium in cordibus nostris sentimus, quod firmiter nobis propositum habemus, omnibus, qui nos offenderunt, ex animo ignoscere f.

127 Quæ est sexta petitio?

Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo hoc est, Quoniam ipsi naturâ adeo debiles & infirmi sumus, ut ne momento quidem subsistere possimus a, infensissimi autem hostes nostri, Sathan, b, mundus c, ac nostra ipsorum caro d, nos continenter oppugnant: tu nos sustentes, & Spiritus tui robore firmes, ne in hoc spirituali certamine succumbamus e: sed tantisper illis fortiter resistamus, donec integram tandem victoriam obtineamus f.

128 Quomodo concludis precationem tuam?

Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula: hoc est, omnia hæc à te petimus, quia, cum & Rex noster, & omnipotens sis, omnia nobis et vis & potes largiri g. Atque hæc quidem ideo petimus, ut ex iis, non ad nos, sed ad sanctum Nomen tuum omnis gloria redeat h.

129 Quid sibi vult particula, Amen.

Rem certam ac ratam esse; Nam precatio mea, multo certius à Deo est exaudita, quam ego in corde meo sentio, me illud ex animo cupere i.

Soli Deo laus & gloria.

AMEN.

FINIS.

PRECATIONES ALIQVOT privatæ & publicæ.

Precatio antequam ad opus accedatur.

OMnipotens, & misericors DEUS, agimus tibi gratias, quod nos hanc noctẽ adeo clementer custodieris, & in hunc diem nobis vitam produxeris: Rogamus, ut nos hoc etiam die protegas, & nobis gratiam largiaris, quo eum totum in iis rebus transigamus, quæ tibi gratæ & acceptæ sint: ac ut jam lustras Solis tui radiis universum orbem terrarum sic etiam Spiritus tui splendore obscura mentis nostræ illumines, ne à semita justitiæ tuæ aberrantes, in hanc vel illam partem declinemus: te semper omnia nostra iuuentem, nobis ante oculos proponamus, te nostrarum cogitationem, dictorum, factorumq; omnium testem & vindicem agnoscamus ac revereamur: nec quicquã sit, quod magis metuamus, quam ne te tam benignum patrem offendamus, quicquid aggredimur, aut instituimus, illud nobis perpetuò sit propositum, ut id ad tuam unius gloriam, & aliorum utilitatẽ referamus. Ad hæc quoniam consilium salutare, occasiones idoneæ & felices rerum successus ac eventus penes te unum sunt, fac, ut hæc omnia à te solo petamus & accipiamus. Effice præterea, clementissime Pater, ne in parandis iis quæ ad huius vitæ necessitatem pertinent, tantum curæ ac laboris impendamus, ut interea res cœlestes negligamus, aut segnius tractemus: sed ut primum semper quæramus regnum tuum, & justitiam eius, nihil dubitantes quin sic agentibus, cætera omnia sis adiecturus. Tuere etiam ac defende hoc fragile corpus, & animam nostram.

Instrue nos consilio & robore Spiritus tui, adversus tot ac tam varios insultus Sathanæ, Libera nos ab omni metu & periculis, quibus in hoc mundo omnibus momentis expositi sumus.

Quoniam vero nihil est rectè incepisse, nisi etiam gnaviter perficiamus, oramus te, ut ne hoc tantum die, nos in tuam tutelã suscipias, sed ut porro etiam per omnem vitam, dux noster & defensor esse velis, confirmans & adaugens dona, quæ pro tua bonitate & misericordia in nos indignos peccatores contulisti, quoad pene eandem ac perfectè nos capiti nostro Christo adunias, qui cum sic

unicus

unicus ille Sol iuſtitiæ nos æterna ſua luce & lætitia complebit. Interea autem dum in hac ærumnoſa vita degimus, mitte fideles Paſtores animarum, & per verbum eorum ſit efficax Spiritus tuus ſanctus in cordibus auditorũ, ut magna tibi Eccleſia colligatur, & deſtruantur opera diaboli. Armes Magiſtratũ divino tuo robore: ut Eccleſiam & politias defendat. Conſolare & confirma quotquot ſunt animo vel corpore afflicti. Ut autẽ hæc tanta bona à te petere & expectare audiamus: condona nobis noſtra omnia peccata, propter filium tuum chariſſimum Jeſum Chriſtum, qui nobis promiſit quicquid à te fiducia ſui petiverimus, te id nobis certiſſime daturum eſſe. Ideoque ſic precari juſſit. Pater noſter qui es, &c.

PRECATIO PRIUSQUAM PUER ad Scholam eat.

PSAL. CXIX.

In quo inſtituet adoleſcens viam ſuam?
Si prudenter ſe geret juxta ſermones tuos.
Ex animo te exquiſivi, ne ſinas me aberrare à præceptis tuis.

AGo tibi gratias, clementiſſime DEUS, cum pro aliis tuis ſummis, & infinitis beneficiis, tum vel maxime, quod pro tuo ſingulari miſericordia, me ad agnitionem Evangelii tui vocaſti, præceptoribus me tradidiſti, qui optimis literis & artibus me inſtituerẽt, meumq; animũ ſanctis ac honeſtis præceptis imbuerunt: Da ut recte agnoſcã, qualia & quanta ſint hæc tua dona, & pro iis tibi ſemper gratias agã. Largire mihi porro etiã tuã gratiã, & nebulis mẽtis meæ diſcuſſis, me ſpiritus tui radiis illuſtra ut ea quæ mihi à præceptoribus proponuntur, cupide & feliciter diſcã, fideliter retineam, prompte & cum judicio reddam, ne & præceptorũ, & meus labor pretioſum tempus, atq; hæc tam commoda mihi abs te data occaſio, & qui à me fructus expectantur, turpiter mea ignavia & ingratitudine pereant. Id ne fiat largire mihi Spiritum tuum ſanctum authorẽ omnis intelligentiæ & veritatis, qui me veracem & his percipiendis aptum & idoneum reddat. Da etiam, ut cuiq; ſtudio meum & animum applicem: illud mihi ſemper propoſitum ſit, ut ſe ſolum agnoſcam verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum: atque ita te pura conſcientia colam. Cæterum, quoniam iis ſapientiam promittis qui animo ſunt ſubmiſſo & humili velut pueri, eos autẽ qui arrogantes ſunt & elati, tuis donis orbatos tradis

iis vanitati: eradica ex corde meo omnem superbiam, ut humilis effectus, me tibi primum, deinde etiam iis, quorum me disciplinæ tradidisti docilem, & obedientiam præbeam: itaque me paulatim præparem, ut in obeundo munere, quod mihi olim es assignaturus, tuæ solius gloriæ, atque aliorum utilitati servire possim.

PSAL. XXV.

Secretum Domini timentibus eum, & fœdus suum notum illis facit
Precatio antequam capiatur cibus.
Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illis in tempore opportuno, aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

OMnipotens, clementissime Deus, qui immensa bonitate omnia ex nihilo condidisti, quisq; eadem perpetuo divina tua potentia sustines ac gubernas, qui duxisti Israelitas per desertū, pascens eos Manna annos quadraginta, benedic nobis miseris servis tuis atque hæc tua dona sanctifica, ut iis sobrie saneque fruamur, atque ex iis agnoscamus, te vere nobis patrem esse & fontem omnium bonorum. Da præterea ut his corporalibus bonis utentes, ita semper affecti simus, ut præcipue quæramus spiritualem illum cibum verbi tui, quo animæ nostræ ad vitam æternam nutriantur, quam nobis Christus pretioso suo sanguine paravit. Pater noster, &c.

Sic præcipit CHRISTUS, *Luc.* 21.
Cavete vobis, ne quando graventur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & repentè vos opprimat dies ille, tanquam laqueus.

GRATIARUM ACTIO
post sumptum cibum.

Sic præcipit Dominus, *Deut.* 8.
Cum comederis & satiatus fueris, gratias age Domino Deo tuo, nec unquam committas ut obliviscaris Domini Dei tui, & præcepta eius negligas.

DOmine Deus Pater cœlestis, agimus tibi gratias pro summis tuis & infinitis beneficiis, quæ immensa misericordia singulis momentis in nos miseros peccatores confers: quod nos sustentas

in hac mortali vita, omnia suppeditans quæ sunt necessaria: imprimis verò quod nos dignaris per sanctam Evangelii tui doctrinam in spem melioris vitæ regenerare. Rogamus te, misericors Deus & Pater, ne patiaris ut animi nostri in his terrenis & caducis rebus defixi hæreant, sed quæ in cœlis sunt suspiciant & quærant, expectantes illinc Servatorem nostrum Iesum Christum, dum ad nos liberandos in nubibus appareat. Pater noster qui es, &c.

Precatio antequam cubitum discedatur.

DOmine Deus, cœlestis Pater, qui pro tua multiplici sapientia, diem labori, noctem quieti destinasti, agimus tibi gratias, quod nos per hunc diem adeo clementer custodieris, nosque assidue beneficiis cumules: largire etiam, ut à labore & curis requiescentes, ita somno reficiamur, ne animus interea velut cum corpore sopitus, in amore tui dormiret; sed ut memoria creationis & salutis nostræ nullo unquam tempore ex nostris cordibus deleatur. Da præterea ut conscientiæ nostræ non minus quam corpus, suâ etiã quiete fruantur. Adhæc ut somno moderate utentes, non ignaviæ, sed necessitati consulamus: nimirum quoad intermissa opera alacriores & vegetiores redeuntes, tibi & proximo expeditius serviamus. Interea autem dum somnum capimus, nos ab omni periculo tuere, animoq; & corpore impollutos conserva, ut noster somnus etiam sit ad tui Nominis gloriam. Porro cum hic dies nobis non sine multiplici lapsu abierit (quoniam miseri assidue peccatum circumferimus) rogamus te quemadmodum nunc omnia nox tenebris involvit, sic ut pro tua immensa misericordia, omnia nostra peccata sepelias, ne propter illa à conspectu tuo repellamur. Largire etiam quietem & consolationem omnibus, qui cum morbis aut aliis calamitatibus conflictantur, propter Iesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum, qui nos ita docuit precari, Pater noster qui es in cœlis: Sanctificetur, &c.

Publica confessio peccati, quæ ante concionem recitatur.

OMnipotens juste, & misericors DEUS; agnoscimus & confitemur coram divina tua majestate, nos vere miseros peccatores esse conceptos & natos in corruptione & pravitate, ad omne malum proclives, nec ad ullum bonum idoneos, quodque assidue sanctissimam

dissimam legem tuam violantes, iram tuam & æternas pœnas commereamur, sed doleat nobis ex animo, quod te tam benignum Patrem toties offenderimus: damnamus nos ipsos, & peccata nostra detestamur: supplices rogantes, ut tua misericordia subveniat nostræ miseriæ. Ignosce nobis nostra tristia peccata, propter Iesum Christum Filium tuum dilectum. Largire nobis gratiam Spiritus tui sancti, qui nos doceat vere & ex animo nostra peccata agnoscere, sic ut eos nobis displiceamus, & peccatum in nobis magis ac magis aboleatur, nosque ad vitam novam excitati, justos ac sanctos fructus proferamus, tibi acceptos propter eundem Iesum Christum. Effice præterea, ut voluntatem tuam ex verbo tuo recte agnoscamus, non à nobis ipsis, aut ulla creatura pendere: sed in te solo omnem spem reponere, ut certa & firma sit nostra consolatio, ac ut vetus ille noster homo cum pravis cupiditatibus magis magisque crucifigatur, nosque ipsos tibi vivam & sanctam hostiam offeramus: hoc unum semper spectantes, quo pacto tua gloria propagetur, & quam plurimi Christo lucrifiant, quæ omnia à te petimus fiducia Domini nostri Iesu Christi, qui nos ita precari docuit: Pater noster, &c.

Precatio quæ recitatur finita Concione.

OMnipotens, juste, & misericors DEUS, agnoscimus & confitemur nos esse indignos, qui oculos ad cœlum erigamus. Nam conscientia nostra nos accusat, & peccata nostra nos redarguunt. Scimus autem te justum Judicē, punire peccata eorum qui legem tuam transgrediuntur. Cum vero universam vitam nostram consideramus, nihil reperimus, quod non æternam damnationem mereatur. Sed quia ineffabili misericordia tua præcepisti, ut quæcunq; nos necessitas urgeret, semper tuam unius opem imploraremus: promisisti etiam te nostras preces exauditurum esse, non ob nostrum aliquod meritum (quod nullum esse potest) sed propter obedientiam & meritū filii tui Domini nostri Iesu Christi, quem nobis Mediatorem unicum & intercessorem constituisti: deposita omni fiducia humana, ad tuam solius misericordiam confugimus. Ac principio quidem illud maxime deploramus, quod cum præter ea beneficia, quæ nobis communia sunt cum universo genere humano, nos singularibus quoque beneficiis effeceris quæ verbis exprimere non possumus, imo nec cogitatione satis comprehendere

non tamen adeo ingrati fuimus. Vocasti nos ad agnitionem Evangelii tui, eximisti nos dura servitute Diaboli, in qua detinebamur: liberasti nos horrenda illa & execranda idololatria Romani Pontificis, cui penitus immersi eramus, & in hanc mirandam lucem verbi tui eduxisti, ut tibi libere servire possemus. At nos tantorum beneficiorum immemores, mandata tua negleximus, fœdus tuum sæpissime violavimus, & nostris cupiditatibus servivimus; nec te, ut par fuit, coluimus & honoravimus. Quocirca peccavimus, O Domine, & te graviter offendimus; ac si pro tuo jure, atque ut meriti sumus, nobiscum agere velles, nihil aliud nobis restaret expectandum, quam æterna mors & condemnatio.

Nam si nos excusemus, nostra nobis conscientia reclamat, & nostra scelera contra nos testificantur. Quinetiam ex pœnis ipsis, quas nobis infligis, nostra peccata agnoscimus. Nam cum justus sis, neminem immeritò affligis: Atq; adeò in præsentia etiam extensam, ad nos puniendum, manum tuam cernimus. Sed licet nos gravius punires, quam hactenus punivisti, ac pro una centum plagas infligeres, imò verò etsi in nos omnia illa exempla justissimæ iræ tuæ ederes quæ in populum tuum Israeliticum statuisti: fatemur, O DEUS, te nullam nobis injuriam facturum, neque nos ea commeritos negamus. Sed tamen, O Domine, tu es DEUS noster, nos verò nihil aliud nisi pulvis sumus & umbra. Tu es Creator noster, nos verò opus manuum tuarum tu es Pastor noster, nos grex tuus sumus: tu es liberator noster, nos populus quem redemisti: tu es Pater noster, nos tui hæredes sumus. Quocirca ne nos punias irâ tuâ, sed clementer castiges, Conserves populus, opus quod in nobis inchoare dignatus es, ut cognoscat mundus universus, te DEUM nostrum ac Servatorem esse.

Populus tuus Israel sæpenumero te offendit, & tu eum merito afflixisti. Verum quoties ad te conversi sunt, clementer eos in gratiam recepisti & quantumcunque esset eorum peccatum, semper tamen iram tuam, & pœnam ipsis paratam avertisti, propter fœdus illud, quod fecisti cum servis tuis Abraham, Isaac, & Jacob: adeo ut preces populi tui nunquam abs te sint repudiatæ. Sed & nobiscum idem, quod cum illis, fœdus, & quidem illustrius efficacius sanxisti, intercedente Mediatore nostro Jesu Christo, cujus etiam sanguine id fœdus ratum & confirmatum esse voluisti: Qua propter, O Deus, abiecta omni fiducia nostri & aliarum creaturarum

ad

ad hoc ſacrum fœdus confugimus, quo Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ſemel ſeipſum victimam pro nobis in cruce offerens, nos tibi in perpetuum reconciliavit. Intuere igitur clementiſſime Deus non peccata ea, quæ aſſiduo committimus, ſed Mediatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, ut eo interceſſore placetur ira tua, noſque iterum paterno tuo aſpectu recreemur. Suſcipe nos porro etiam in tutelam, & per Spiritum tuum ſanctum guberna, qui nos renovet ad meliorem illam vitam in qua deleta omni macula, te in æternum celebremus.

Etſi autem ii ſumus qui conſiderata noſtra indignitate, ne hiſcere quidem audeamus, pro nobis aliquid abs te petituri, tamen quia nos juſſiſti pro Eccleſia & Republica atque adeo pro omnibus hominibus precari oramus te, ut omnibus Eccleſiis tuis & Eccleſiarum Miniſtris adſis. Mitte fidos operarios in meſſem tuam: Eradica omnes qui pro veris falſa tradunt: tolle omnes rapaces lupos & mercenarios, qui ſibi non tuam unius gloriam, & animarum ſalutem proponunt, ſed ſuam gloriâ & privatum commodum quærunt. Oramus te etiam pro omni Magiſtratu, pro clementiſſimo Rege ac Domino noſtro CAROLO pro eius conjuge ac liberis eiuſque conſiliariis, præfectis, denique pro huius urbis Senatu: Rege ac guberna eos Spiritu tuo ſancto, ut omnia conſilia & actiones ſuas eo referant, ut Rex omnium regum Jeſus Chriſtus ipſis ac ipſorum populis præſit, atque ut regnum Sathanæ, regnum omnis turpitudinis, & impietatis per ipſos tanquam legis tuæ cuſtodes, & juſtitiæ adminiſtros magis ac magis eversatur, noſque ſub eorum imperio placidam & quietam vitam degamus, cum omni pietate & honeſtate.

Rogamus te porro etiam, cum pro cæteris fratribus noſtris, ut quæ cœpiſti in eis clementer perficias, tum vel maxime pro iis qui ſub tyrannide Romani Pontificis & Turcæ omnis generis crudelitatem: & confirma eos Spiritu tuo, & clementer libera nec patiaris Eccleſiam tuam vaſtari, & auguſtam nominis tui memoriâ in terris extingui, ne Antichriſtus & Turca, cum cæteris infidelibus, de ſanctis tuis triumphantes, ſanctiſſimæ maieſtati tuæ illudant. Sin ita placet tuæ divinæ voluntati, illos vitam pro tua gloria profundere, & ſuâ morte veritati teſtimonium perhibere, arma eos robore Spiritus tui ſancti, ut ad extremum uſq; vitæ ſpiritum te conſtanter confiteantur. Commendamus tibi præterea, quot-

noe ſunt in miſeriis, paupertate, exilio, carcere, morbis, partu, ut alio genere ærumnarum, conſolare eos pro eo ac noſti ipſos rie laborare; fac ut ipſis hæc tua caſtigatio ad agnoſcendum peccatum, & emendandum vitam conducat: inſtrue eos patientia & conſtantia, & dolorem ipſorum minue, ac tandem plane eos libera, ut lætentur boni bonitate tua, & tibi uno ore nobiſcum gratias agant.

Poſtremo miſerere eorum qui adhuc in tenebris & errore versantur: educ eos in lucem, ut cernant veritatem. Has atque alias neceſſitates clementiſſime Pater, commendamus utentes precatione, quam nos Dominus & Servator noſter Jeſus Chriſtus ipſe docuit: Pater noſter, &c.

Alia Precatio brevior.

OMnipotens, juſte, & miſericors DEUS, ne patiaris ſanctiſſimum Nomen tuum propter peccata noſtra affici contumelia: Nam alioqui plus ſatis te benignum Patrem offendimus, dum verbo tuo, ut par erat, non obedimus; dum ignorantiâ, ingratitudine, & murmure noſtro, iram tuam quotidie adverſus nos concitamus, atque ita juſtas pœnas nobis attrahimus.

Verumtamen, O Domine, miſerere noſtri pro magna tua miſericordia fac ut peccata noſtra & rectius agnoſcamus & magis deploremus, & vitam noſtram emendemus. Excita & corrobora Magiſtratum populi tui, ut gladio quem ei porrexiſti, ad terrorem & ſecuritatem legitime utatur. Confirma Magiſtros Eccleſiarum tuarum, ut fideliter & conſtanter verbum tuum doceant, & omni officii ſui partes obeant. Tuere ac defende nos ab omni dolo & perfidia. Irrita fac omnia ſcelera atque inſidioſa conſilia quæ adverſus Eccleſiam & verbum tuum capiuntur: ne ſubtrahas nobis verbum tuum, & Spiritum ſanctum tuum ne auertas à nobis, excita in nobis veram fidem, patientiam & conſtantiam. Fer opem miſeræ & afflictæ Eccleſiæ tuæ, libera eam omni tyrannide & ignominiâ. Conſolare & confirma quotquot ſunt animo vel corpore afflicti. Da nobis tuam pacem per Jeſum Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum, qui hanc nobis indubitatam de tua voluntate promiſſionem edidit. Amen dico vobis, quicquid petieritis à Patre in Nomine meo hoc dabit vobis, eaque fretos nos ſic precari juſſit: Pater noſter, qui es, &c.

Fac

Fac etiam ut constanter perseveremus, & quotidie proficiamus in vera illa, certa, & ab ipso mundi exordio ad nos propagata Christianorum fide, & per eam Christi & omnium bonorum eius magis ac magis participes fiamus, quam sic ore & corde confitenter dicimus: Credo in Deum, &c. 1 Cor. 13. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio spiritus sancti, sit cum omnibus: Amen.

Precatio Scholastica:

OMnipotens, æterne, & misericors DEUS, Pater Domini nostri Jesu Christi, unà cum Filio tuo coæterno Domino nostro Iesu Christo, & Spiritu sancto, qui prope es omnibus invocantibus te in veritate, ago tibi gratias pro omnibus æternis & hujus vitæ beneficiis, quod condidisti, elegisti, & servas tibi æternam Ecclesiam, & in ea te patefecisti certo verbo tradito per Prophetas & Apostolos, & testimoniis divinis, & sic diligas nos, ut volueris Filium tuum coæternum, Dominum nostrum Jesum Christum, propter nos homines, & propter nostram salutem, descendere in cœlo, assumere humanam naturam, pro nobis fieri victimam, crucifigi, mori, & resurgere, ascendere in cœlum, & sedere ad dextram tuam: Donas propter eum, omnibus nobis credentibus gratis remissionem peccatorum, reconciliationem, Spiritum sanctum, justitiam, & vitam æternam: Accendis & servas inter nos lucem Evangelii, & necessaria doctrinarum studia: das & defendis contra Diabolos aliqua Ecclesiæ Scholarum hospitia: Et vocâsti ac elegisti me quoque ad societatem huius æternæ Ecclesiæ, in qua & nasci me voluisti, agnitione ac timore tui educari, meque præ multis aliis hominibus, pro singulari ac ineffabili tua misericordia, ornâsti hoc summo beneficio, ut pietatis literarum atque optimarum artium doctrinâ instituerer. Etsi autem his omnibus beneficiis me indignissimum agnosco, tamen qui jussisti nos per & propter Christum Filium tuum à te petere & expectare remissionem peccatorum, & Spiritum sanctum: confiteor & deploro omnem meam immunditiem & ingratitudinem; & toto pectore oro ut remittas mihi omnia peccata mea propter Filium tuum unigenitum Dominum nostrum, & sanctifices ac regas me perpetuo tuo Spiritu sancto, casto & verace, ut solum verum

Deum

Deum omnipotentem, castum, veracem, æternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, & Dominum nostrum Iesum Christum, Spiritum sanctum vere agnoscam, invocem, timeam & diligam: Colligę & defende Ecclesiam: Tuere politias quæ sunt Ecclesiæ hospitia: Da & adiuva fideles & salutares doctores & gubernatores: & serva Scholas & lucem doctrinarum, pacem & honestam disciplinam in Ecclesiis & Repub. Guberna et fortuna vitam & vocationem meam, et facias me vas misericordiæ, et organum mihi & aliis salutare: Ne sinas me à Diabolo vel a carne mea tentari negligentiâ, curiositate vel ambitione: Ne sinas exoriri in corde meo spem aut cupiditates vanas et stultas, sed effice ut meæ vocationis rectè et diligenter et feliciter faciam: Accende et confirma in me amorem et agnitionem tui, studium veritatis, et rerum utilium ac necessariarum, ut omnia dona quæ in me contulisti, & labores referam ad tuam unius gloriam, et proximi utilitatem. Defende me a pravis sodalitiis, & ab omnibus Diabolorum insidiis. Sit verbum tuum lucerna pedibus meis, et lumen semitis meis. Hæc omnia à te peto, per & propter Iesum Christum Dominum nostrum, qui dixit: Quicquid oraveritis patrem in Nomine meo, dabo vobis: Item, Spiritum sanctum petentibus: Pater noster, &c.

FINIS.

1. Surrectio matutina — — p. 3.
2. Prima Salutatio — — p. 5.
3. Deductio ad Ludum — — p. 6.
4. Enutes ad Ludy literarij. — — 96.
5. Lectio — — — — p. 9.
6. Reditus domy & Lusus puerilis p. 10.
7. Refectio Scholastica — — p. 11.
8. Garrientes — — — — p. 17.
9. Iter & Equus — — — p. 23.
10. Scriptio — — — — p. 26.
11. Vestitus & Deambulatio matutina. 32.
12. Domus. p. 38. (13. Schola - p. 40.
14. Cubiculy & Lucubratio — p. 44.
15. Culina. p. 46. (16. Triclinium p. 49.
17. Convivy. p. 52. (18. Ebrietas - p. 59.
19. Regia. p. 64. (20. Princeps puer. p. 67.
21. Ludus chartarij seu folcorum p. 73.
22. Leges Ludi. — de vibe Valentia. p. 78.
23 Corpus hominis exterius — — p. 83.
24. Educatio. — — — — p. 86.
25. Præcepta Educationis — — p. 92.